

**Rector. Universitatis Rostochiensis Hermannus Beccerus, Phil. M. Math. Infer.  
Prof. Publ. ... Ad piam devotamq[ue] Gloriosissimae Domini Nostri Jesu Christi  
Resurrectionis meditationem Omnium Ordinum Cives Academicos serio  
studioseq[ue] invitat & hortatur**

Rostochii: Keilenbergius, [1679]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505081>

Druck Freier  Zugang





F. 512.

—

1679. Ostern

~~A-1256.~~<sup>30.</sup>

RECTOR.

1679.

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS BEC-  
CERUS, Phil. M. Math. Infer.

Prof. Publ,

Templi item Cathedr. Pastor;

Ad

piam devotamq;

Gloriosissimæ


DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI  
RESURRECTIONIS

meditationem

Omnium Ordinum CIVES ACADEMICOS

seriò studiosèq; invitare

& hortatur.



ROSTOCHII,

Typis FRIDERICI KEILENBERGII,

Academ. Typographi.

M. 1236 30

166-30



ta habet profecto. Nulla omnino dies est, cujus non Auctor conditorq; sit DEUS, Mirè tamē VATUM REGUMq; maximus Ps. CXIIX, 24, in theatrum producit saltem unam, circum quam exstruendā præcipuè laborarit aut occupata divina fuerit potentia. Quasi reliquæ tam grande ferre instar, venireq; in censum non æqvè mererentur. HÆC EST DIES, inquit, QVAM FECIT DOMINUS יהוה היום עשה יהוה EXULTEMUS ET LÆTEMUR IN EA; כשמהה בוי De die RESURRECTIONIS DOMINICÆ exponunt plerique veteres. Non solis cursum, ait ORIGENES, hoc loco diem vocat VATES, sed præclara facinora, quæ in eâ gesta sunt. Quemadmodum enim qui malam dicit diem, non solis cursum, sed mala, quæ in ipsâ illâ sunt, intelligit; ita etiam per bonam diem præclara signantur facta, quæ in eadem contigerunt. Quid posset enim cum hac die conferri? in quâ cum hominibus facta est reconciliatio, & diuturnum bellum fuit diremtum, & ex terrâ factum est cælum, & homines terrâ indigni regno visi sunt dignissimi; & nostræ naturæ primitiæ super cælos sublatae sunt, & paradus apertus est, & veterem patriam recepimus, & expunctum est maledictum, & sublatum peccatum. Enim verò etsi omnes omninò dies DEUS fecerit, hanc ipsam tamen eximiè fecisse existimabimur, quando quidem in eadem omnium maxima mysteria sua adimplevit. Hæc Origenes. Licet omnes solennitates, est apud AUREI ORIS PATREM, quæ in Ec-

clesii 3

clesiis pro DEI honore celebrantur, sanctæ sint & venerabiles, Dominicæ tamen Resurrectionis dies præ aliis omnibus festis singulares requirit festiuitates, ut non abs re κυριακή ἡμέρα, Dies Dominica, aut, quam præcipuè fecerit DOMINUS; vel etiam ἡμέρα μεγάλη, magna illa dies, dici mereatur. Utiq; hæc ipsa dies non sine gravissimo fundamento princeps aut peculiare DEI opus, κυριακὸν πρᾶγμα, VATI est maximo, ceu in quâ nil omninò sit, quod non à solo ejusdem opifice DEO manarit. In ceteris CHRISTI solennitatibus semper nostrum aliquid reperias, quod jugiter pœnæ ijs ipsis quid admisceatur, quæ abs nobis, nil nisi pœnam promerentibus, trahat originem. Sic in Nativitatis die inter arcta conditus præsepia vagire Infans auditur, & nimio opere frigere. Diem circumcisionis is demum signarit rectè, qui dolorum esse diem dixerit. In Epiphaniarum die una cum auro atq; thure, myrrha offertur abs MAGIS, ceu futuræ acerbissimæ mortis præsaga. Ipsi quin etiã clarissimæ lætissimæq; Transfigurationis diej de excessu atexitur nō prorsus nihil, quē Hierosolymis completurus erat DOMINUS, passionem & ipsam ignobilem maximèq; infamem Crucis mortē subeundo. Sed enim Resurrectionis dies gaudio & solidâ gloriâ plenissima, nil prorsum admiscet miseriarum nostrarum, mel merum cæleste propinat, fellis omnis terreni quàm maximè expers. Hanc igitur præcipuè diē, ceu stupendo salutis nostræ opere illustrè oppidò insignemq; fecisse DOMINUS, inq; eandē largissimâ contulisse manu dicitur, quæ in nullam reliquarū

com.

competere ullo pacto queant. Ut adeò de mente REGII, diviniq; VATICIS, aut verborum ex dicto PL. iig. allatorum sensu, non jam sit justo porrò impensius laborandum. Rectissime supra ORIGENES: *Et si omnes omnino dies DOMINUS fecerit, hanc tamen fecit eximie, quandoquidem in eâ ipsâ maxima sua mysteria adimplevit.* Est itaq; CHRISTI JESU Resurrectio, Christianæ fidei Religionisq; fundamentum ac ipsa basis; Qui si è morte in vitâ non fuisset revocatus, utiq; nostræ Christianorum res salutis forent desperatissimæ. Enimverò hæc ipsâ Dominicâ Resurrectione, nostri non minùs aliquando futura resuscitatio unicè nitur. Quemadmodum contra nostri hac, ceu membrorum, resurrectione destructâ, illa quoq; CAPITIS CHRISTI resuscitatio neganda, atq; adeò spes nostra in universum omnis abjectanda miserè foret. Quod argumentum adeò solidè dilucidèq; in 1. ad Cor. xv. cap. pertractatum est APOSTOLO Principi, uti, quæ ibi adferuntur, invicta prorsus & solis insuper quasi radiis scripta esse videri queant. *Si mortui (est in v. 13.) non suscitantur, CHRISTUS quoq; non est suscitatus. it. v. 20: Nunc autem CHRISTUS suscitatus est ex mortuis, & primitiæ eorum, qui obdormierunt, factus.* Mortui igitur nec minùs resurgent certò &c. Enimverò Capitæ & membrorum conjunctio est & mira cõformitas. Igitur tueri vitâ hæc nõ poterunt, si illud perpetuæ mancipatû est mortis; aut non manebunt etiã in sepulcro ista, si illud è moruis resurrexit. *Si credimus (est in 1. Thes. iv, 14.) JESUM mortuum esse, & resurrexisse, utiq; etiam DEUS eos, qui obdormierunt in JESU, adducet cum eo.* Pulchrè in hanc rem appositèq; AUGUST. *Quia resurrexit caput vestrû, hoc*

spera-

ſperatè membra, quod credidit in capite. Et verum  
eſt antiquũ & verũ: Ubi caput, ibi & cetera membra;  
& contra: ubi membra, ibi & caput. Hæc, in quã, cla-  
ra ſunt omnia, & clariffimè etiã APOSTOLO l. cit. demõ-  
ſtrata. Unum eſt, quod in diſſertatione iſta, in quibus argu-  
mentorũ tam evidenti, pro demonſtrandâ, beneficio  
reſurgentis CHRISTI, noſtrâ quoque; chriſtianorũ reſur-  
rectione, ſtructurâ, inter *δυσιώγητα* Paullina (de quibus  
*Petrus* Epift. alterâ, cap. ult. v. 16.) referri non injuriã  
poſſit. Scilicet cauſſatur inter alia *Apoſtolus*, ſi nulla ſit  
mortuorũ reſurrectio, *frustra fore, qui baptizenter τῶν νεκρῶν*:  
*pro mortuis*. Locus inter difficillimos intrica-  
tiſſimoſque; jugiter habitus. Sunt doctiſſimos inter  
quosque; qui de Baptiſmo exponant CLINICORUM; quorũ  
hæc erat ratio, ut, quũ fidem quidem Chriſtianam  
amplecterentur, nec dum tamen baptizati forent,  
ſi in morbos fors incidere, in ipſâ demum ægritudi-  
ne, *ἐν τῇ κλίνῃ*, in lecto decumbentes, baptizarentur.  
De hiſce ipſis, vel magè adverſum hos ipſos, videre in  
Concil. eſt Neocæſarienſi canonẽ XII. hujusce argu-  
menti: *Ἐάν ποσῶν τις φωτιδῆ &c. Quod ſi quis in morbo*  
*conſtitutus illuminatus fuerit; ad honorem preſbyterij pro-*  
*moveri non poteſt; fides enim ejus non eſt ex propoſito, ſed*  
*ex neceſſitate &c.* Inconſultiffimum igitur, vi canonis  
allegati, facinorøſum erat, baptiſmum conſultò ad extremũ  
uſque; ætatis protendere, ſimulque; & baptizari & mori  
velle. Sed enim ad hujusmodi *clnicos*, aut *clnicorum*  
Baptiſmum reſpexiſſe APOSTOLUM, vix abs quoquam  
paſſuri ſimus nobis perſvaderi. Malimus de VICARIO  
inter-



interpretatur baptisatio eorum, qui, peruenio quorundam hæreticorum more (Argumento enim non alio APOST. hoc l. utitur, quàm eo, quod καὶ ἄνθρωπων signari (vevit) vice aut loco mortuorum baptisabantur. Ad quem allussum morē Epiphano, de Cerinthianis loquenti, hæres. 28. Ex traditione, inquit ibi, res quædam ad nos devenit, quod quidam apud ipsos de vita decesserunt, morte præoccupati citra baptisma; alij verò pro ipsis in nomen ipsorum baptisentur, ne, ubi resurrexerint, in resurrectione illi ipsi pœnas dent, eò quod non acceperint baptisma. Idem etiam Marcionitis postea factitatū, exemplum mutuatis fortassean ab Cerinthianis: de quibus legi Chrysostomus in hunc ipsum, quo de agim9, locū, hom. 40. commentans, merebitur. Hujuscemodi Marcionitarū Baptisma VICARIUM vocitat Tertull. libro, quem de carnis Resurrect. conscripsit perelegantem. Nō pigrabimur verba recitare: Sunt, inquit, & qui baptisantur quidā pro mortuis; sed videndum, an ratione certā hoc institutū probent, quo alteri etiam carni ut vicariū baptisma profuturū existimarunt, ad spem resurrectionis; quæ nisi corporalis, non aliàs sic baptismate corporali obligarentur. Clarissimè verò etiam in hanc sententiam Ambrosius, jam ante Chrysostomum, hunc pariter Paullinū locū explicans, Exemplū, inquit, eorum subjicit Apost. qui tam securi erant de futurā Resurrectione, ut etiam pro mortuis baptisarentur, si quē forte mors prævenisset, timentes, ne aut malè, aut nō resurgeret, qui baptisatus non fuerat. Vivus nomine mortui baptisabatur. Hæc ita apud Antiquos, ut magni profectò auctores sint, quibus sententiam nostrā

tueri

tueri possimus, Cui etiam ad stipulari videmus iumma  
eruditionis VIRUM, CHRISTOPH. JUSTELLUM, in notis ad  
eū ipsum canona, quē ex *Neocasar.* synodo allegaba-  
mus: it. M. *Ant. de Dom. de Rep. Eccles.* lib. 5. c. 8. n. 58.  
G. *Calixt.* lib. de Resurrect. alios. At enim si in tantā rei  
lociq; præsentis obscuritate, vel abierit quis abs mente  
nostrā, vel alia omnia attulerit, cum eo tantum abest  
ut structuri pedem simus, aut contentions reciproca  
re serrā, uti potius, si quis meliora certioraq; monstrā  
rit, magni id certē habituri beneficii simus loco. Sed re-  
dimus ad propositum. Grande profectō atq; imper-  
scrutabile CARNIS nostræ, in RESURGENTE CONSERVATORE  
fundata, Resurrectio, mysterium est; mysterium, in-  
quā, quod ridetur paganis, impugnatur hæreticis, solis  
creditur & speratur christianis; quibus instar est *φεῦμα*  
*ἀβυσσοῦ*; ceu *suber immerisabilis undis*. Neq; id injuriā  
fane: quū solis etiam his cognita sit veritas, quam  
illi & ignorarunt infeliciter, & persecuti furiosē sunt,  
quando nulli patescere hominum, nisi Deus revelārit,  
possit, quo solo Magistro christiana philosophia &  
discitur, & instruitur. Hodie tantæ sensuum rerumq;  
profunditates in clarissimam sese dant lucem. Hodie ē  
conditorio suo profiliensis, inq; vitam revocati RE-  
SURGENTISq; CAPITIS nostri J. CHRISTI, nos pariter aliquan-  
do è sepulcris evocaturi, & Resurrectionis unā secum paticipes  
facturi, repetitur celebraturq; memoria. Festū est solenne, & quo  
nullum temerē majus fuerit sanctiusq; aliud; ut abs quo salus,  
fides, et justificatio nostri (ceu superius quoq; monuimus) de-  
pendeat. Hæc verē (id quoq; denuō monemus) *היום עשה יהוה*  
EA EST IPSA DIES, QUAM FECIT DOMINUS. Nostrarū itaq; partiū,  
CIVES


CIVES ACADEMICI, TUERIT. HANC IPSAM DIEM, quæ mihi adeo, ad-  
eque; præ ceteris eximie DEUS struxerit, ritè, decenter, reverèterq;  
habere. *Festū celebremus* (est in I. ad Cor. V, 25.) *non in fermento ve-*  
*teri, neq; in fermento malitia & versutia. sed in panibus fermento*  
*carentibus, h. e. sinceritate & fide.* Nimirum vult APOSTOLUS ve-  
rè à nobis, qui Christiani ut perhibemur, ita esse quoque; debemus,  
præstari, quod in PASCHÆ cerimoniis per umbram & figurā indi-  
cabitur. Ut, sicut illis, abs quo tempore mactatus agnus foret, ne-  
fas erat ullum domi fermentū habere, quo etiam novo quodā  
vitæ genere, totos septem dies abstinebant; ita nōs hodie CHRIS-  
TI sacrificiū, semel peractū atque; initerabilis, participes redditi, to-  
tam vitam nostrā in omnimodā justitiā & integritate consuma-  
mus. Ceterū id fieri nequit (minimè) si fermenti domi nostræ vel  
ulla retineatur portio. PASCHA itaque; nemo credat ritè sese debi-  
teque; celebraturū, nisi spurcitiem, impietate, omneque; adeo nefas  
domo exesse sua penitus jubeat; & contra sanctimoniam, pietati,  
morumque; innocentiam, quantum possit unquam, operetur. Ut adeo  
duo abs nobis hoc maximè festivo tempore, hac tam illustri DIE  
DOMINICA, requirantur, ejusdemque; occasione, totā vitā. Unū ut  
flagitiū, ac, uti diximus, nefas omne foribus nostris extrudamus;  
omnem nequitiam atque; malitiæ turpitudinem ejuremus: Alterū  
ut veritatem doctrinæ sectemur, & REDEMPTORIS nostri, in ve-  
ritate & sinceritate ambulantis, vestigia proni adoremus, & sine  
ullā tergiversatione sequamur. *Qui quidē ipse mortuus & sepulcro*  
*conditus est, secundū scripturas; verū tertiā die in vitam revocatus,*  
*morti deinceps non est obnoxius: ita & nos per baptismū sepulti sumus*  
*cum CHRISTO in mortē, ut, veluti is à morte excitatus est per gloriam*  
*PATRIS; pariter ipsi etiā à somno seu veterno, imò à morte vitiorū*  
*experrecti, in novitate vitæ ambulemus, Rom. VI.* Neque; enim certè  
resurget in nobis novus homo, nisi vetus moriatur; non prodibit  
Spiritus novitas, nisi mortua sepeliatur prius carnis vetustas. FE-  
LIX igitur, qui partem habet in RESURRECTIONE PRIMA; in eum  
MORS SECUNDA nil sibi arrogatura est imperij.

P. P. *Sub Sigillo Rectoratus, ipsa PASCHÆ solennitate, b. e. XX. April.*

*A. NNO recuperata gratia 1679.*

\*\*\*  
\*\*\*





tueri possumus. Cui etiam ad stipulari vi  
eruditionis VIRUM, CHRISTOPH. JUSTELL  
cū ipsum canona, quē ex *Neocasar.* sy  
mus: it. M. *Ant.* de *Dom.* de Rep. Eccle  
G. *Calixt.* lib. de Resurrect. alios. At eni  
lociq; præsentis obscuritate, vel abierit  
nostrā, vel alia omnia attulerit, cum eo  
ut structuri pedem simus, aut contenti  
re serrā, uti potius, si quis meliora certi  
rit, magni id certē habituri beneficii sin  
dimus ad propositum. Grande profes  
scrutabile CARNIS nostræ, in RESURGENT  
fundata, Resurrectio, mysterium est;  
quā, quod ridetur paganis, impugnatu  
creditur & speratur christianis; quibus  
*αβανιδε*; ceu *suber immerfabilis undis.* I  
fane: quū solis etiam his cognita sit  
illi & ignorarunt infelicitē, & persecu  
quando nulli patescere hominum, nisi  
possit, quo solo Magistro christiana  
discitur, & instruitur. Hodie tantæ se  
profunditates in clarissimam sese dant  
conditorio suo profilientis, inq; vitæ  
SURGENTISq; CAPITIS nostri J. CHRISTI, n  
do è sepulcris evocaturi, & Resurrectionis ui  
facturi, repetitur celebraturq; memoria. Festū  
nullum temerē majus fuerit sanctiusq; aliud  
fides, et justificatio nostri (ceū superius quoc  
pendeat. Hæc verē (id quoq; denuō monem  
EA EST IPSA DIES, QUAM FECIT DOMINUS. NE

